

# TEXTOS



# COLECCIÓN DIPLOMÁTICA RIOJANA

POR

ILDEFONSO M. RODRÍGUEZ DE LAMA  
Canónigo Archivero Capitular y Diocesano de Calahorra

(Continuación)

100 )

1.217-1.219.

*El Obispo de Tarazona y el abad de Irache, jueces nombrados por la Sede Apostólica en el pleito de Nájera, ponen entredicho a las iglesias del reino de Castilla, ya que el rey se negaba a prestar la ayuda del brazo secular, para hacer cumplir la sentencia que condenaba a los monjes de Nájera.*

«Venerabilibus in Christo Patribus Archiepiscopo Toletano, epis copis, ceterisque prelatis et Capitulis in regno Castelle constitutis, G. (1) Tirasonensis episcopues et D. abbas de Irancio, iudices a Summo Pontifice delegati, salutem in domino Iesu Christo. Litteras et mandatum Domini Pape recepimus in hunc modum:

Honorius episcopus servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Pampilonensi et Tirassonensi epis copis et dilecto filio abbati de Irancio, Cisterciensis Ordinis, Pampilonensis dioecesis, salutem et apostolicam benedictionem. Suam ad nos venerabilis frater noster Calaguritanus episcopus querimoniam destinavit, quod G. (2) et quidam alii cluniacenses monachi Calaguritaniensis, ipsum Ec-

---

(1) El Obispo de Tarazona y el abad de Irache de la Orden Cisterciense habían sido nombrados jueces delegados en el pleito del Obispo de Calahorra con los monjes de Nájera. En el documento también se nombraba al Obispo de Pamplona. Pero parece que había muerto y solamente los primeros actúan como jueces.

(2) Uno de los Códices del A. H. N. dice al margen: «Este era el Prior de Nájera llamado Guigonio, a quien el abad de Cluny llamado Giraldo le hizo donación de unas casas nuevas, sitas junto a las puertas del monasterio, como se puede ver en la escritura siguiente...».

clesiae Sancte Marie de Naxera, cuius possessio predecessori suo (1), per venerabilem fratrem nostrum Tirassonensem episcopum et eius coniudices a Sede Apostolica delegatos adiudicata fuerat, per violentiam spoliarunt; quo circa, utriusque partis procuratorum assensu, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus, eo sicut iustum fuerit restituto, audiatis causam et appellatione remota, fine canonico terminetis, facientes quod decreveritis per censuram eclesiasticam firmiter observari; testes autem qui fuerint nominati, si se, gratia, odio vel timore substraxerint, simili censura, cessante appellatione, cogatis veritatis testimonium perhibere. Quod si non omnes his exequendis potueritis interesse, duo vestrum causam nihilominus exequantur.

Datum Laterani, duodecimo Kalendas Novembbris, pontificatus nostri anno primo.

Huius igitur auctoritate mandati, partes diligenter audivimus et super earundem habito prudentium consilio, restitutionem Electo (2) Calagurritano possessionis Sancte Marie de Nagera adiudicavimus, iustitia mediante; et gratia executionis facienda Nageram accedentes, Prior et monachi Nagerenses, nobis violenter obstiterunt cum multitudine armatorum; propter quod excommunicationi eos subieciimus et Regi Castelle et Regine matri sue (3) preces nostras direximus, quatenus eos a tanta perversitate desistere compellerent per brachium saeculare. Et quia dominus rex et regina exhortationes nostras admittere noluerunt, idcirco circa ecclessias regni sui vobis (*alias Codice*: nobis) commissas cogimur officium exercere. Unde vos quantumque possumus, rogamus et exhortamur in Domino, et auctoritate qua fungimus vobis preciendo mandamus, quatenus in ecclessiis vobis commissis non celebretis nec permitatis aliquem divina officia celebrare preter poenitentias merentium et baptismata parvulorum, donec dominus rex Castelle, Priorem et monachos Nagerenses ad restitutionem ecclessie Sancte Marie de Nagera et de iniuriis non solum nobis sed etiam Summo Pontifice factis satisfacere per brachium seculare compellat » (4).

(1) El Obispo predecesor D. Juan de Prójano; el Obispo querellante D. Juan García que murió a fines del año 1216.

(2) El Electo era D. Juan Pérez de Segovia.

(3) Se refiere a los reyes S. Fernando y Doña Berenguela, su madre.

(4) La bula que va copiada es de fecha 21-X-1216.

101)

25-IV-1.220

1031-10

*Pedro, sacristán y Jimeno, prior del monasterio de Santa María de Nájera hacen entrega a censo perpetuo de una serna que está bajo Alesón y a varios de sus collazos.*

« In Dei nomine. Amen. Sciant omnes tam presentes quam futuri qui hanc cartam legerint vel audierint quod ego Petrus sacrista naiarensis una cum consilio pariter et assensu et voluntate domini Ximeni prioris naiarensis totiusque conventus naiarensis, concedo et facio cartam donationis vobis collacilis nostros de Aleson scilicet Fortunio de Ventosa de Tota Domna (*entre líneas*: Sancio); Petro Navarro, Dominico de Vezariis, Guerrero et Marie Petriz de Vezares et toti vestre generationi de illa serna que est sub ipsa villa nostra de Aleson (*entre líneas*: inter rivum) qui vadit ad vineas et inter viam de illa Gonca pertingens usque ad caminellum. Ita quidem quod detis sacriste qui pro tempore fuerit monasterii de Naiara omni anno, pro tributo decem morabetinos de bonis fideliterque decimam anuatim et de ipsis serne fructibus. Ita tamen quod vos scilicet; Fortunio, Petro, Dominico, Guerrero, Sancio et Maria non possitis nec qui post vos venturi sunt, aliquod tributum nec censum in dicta serna nec in parte ponere vel legare nec mandare alicui ecclessie, ospitali vel confraternitati nisi dicto monasterio de Naiare ullo modo. Et si aliquid in contarium de supradictis conditionibus feceritis vel qui eam pro tempore tenuerint, fecerint quod sit nullius valoris et non valeat tempore ullo, in iudicio nec extra et insuper quod perdatis vos collatii nostri et qui eam pro tempore tenuerint gratiam et ius quod habuerint ad dictam sernam cum sua plantatura pro pena. Item si forte cessaveritis vel illi qui illam tenuerint de non pagando dictos X. morabetinos cum decimis iam dictis, quod in aliquo tempore de mundo non possitis illud allegare pro iure vestro in dampnum sacristie; et sacriste qui pro tempore fuerit, et si feceritis quod non valeat. Et nos supradicti scilicet Fortunius, Sancius, Petrus, Dominicus, Guerrerus, et Maria confitemur recipere in plantaturam dictam sernam cum supradictis conditionibus et promittimus in bona fide de non veniendo in aliquo tempore contra illas, et si aliquis fecerit sit maledictus, Amen. Hanc cartam donationis et concessionis confirmant dominus Ximenus, Naiare prior; dominus Petrus, sacrista; dominus Ferrandus senior de Somalo; dominus Enecus elimosnarius; dominus Ordonius prior Sancti Georgii; dominus Lupus infirmarius;

dominus Iacobus maiordomus prioris; Domnus Petrus socius prior claustralit; dominus Ferrandus procurator coquine; dominus Garsias cellarius et totus conventus.

Huius rei sunt testes: Martinus de Portu, Stephanus, servitores prioris; Michael merinus Sancte Marie; Nicholaus serviens sacriste; Eneucus, coccus; Clemens portarius et tota familia.

Facta carta Era M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> L.<sup>a</sup> VIII.<sup>a</sup>, VII.<sup>o</sup> Kalendas Maii. Regnante Rege domino Ferrando in Toleto, in Extrematura, in Castella et in Alava ».

DORSO :

Censo de una serna en Alesón. Era 1.258. Año 1.220. 25 de Abril. Alesón. Legajo 3<sup>o</sup>, n.<sup>o</sup> 5.

Carta de censo perpetuo de una serna que dió el convento en el término de Alesón a ciertos vecinos por diez maravedises viejos en cada anno et la decima.

102 )

2-V-1.220

1.031-11

Pleito entre el Obispo y Cabildo de Calahorra, contra el Prior de Nájera. Actuaciones de los jueces, nombrados por la Sede Apostólica: el abad y prior de Silos y el arcediano de Briviesca:

« Notum sit omnibus quod nos V. Prior Sancti Dominici de Sylos et Magister P. Archidiachonus Vercensis una cum abbatte predicti Sancti Dominici receptis litteris apostolicis citavimus J. Electum et Capitulum calagurritanum in hunc modum:

Venerabili in Christo patri et amico Rvmo. I., Dei gratia calagurritano electo et dilectis amicis suis Decano et calagurritano Capitulo: abbas et prior Sancti Dominici de Silos et archidiaconus Vercensis, burgensis diocesis, salutem et sinceram in Domino caritatem. Noveritis nos recepisse litteras apostolicas in hunc modum:

Honorius episcopus servus servorum Dei dilectis filiis abbati et priori Sancti Dominici de Sylos et archidiaconus Vercensis, burgensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Significarunt nobis abbas et conventus Cluniacensis quod cum ex concessione Pontificum romanorum, Prioratus et possessiones quibus tempore concilii Avernensis erat cluniacensis ecclesia investita nulla super his sibi mota tunc temporis questione debeant pacifice in posterum possidere, calagurritanus electus per quadam litteras ab apostolica sede obtentas, priorem et conventum ecclesie de Nazara, cluniacensis ordinis, super possessione ipsius ecclesie de qua eorum monasterium

erat ante dictum concilium investitum, ipsis non conventis neque citatis contra privilegia sua, coram venerabili fratre nostro episcopo pampilonensi suisque collegis multipliciter inquirerat, qui sicut dicitur perperam procedentes ipsum Electum in possesione ecclesie de Nazara induxerunt et idem Electus super confirmatione processus eorum apostolicas dicitur litteras impetrasse. Unde nobis humiliter suplicarunt ut super hiis indemnitati eorum provide fraterna sollicitudine dignaremur. Quo circa discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus vocatis qui fuerint evocandi et auditis hinc inde propositis, quod canonicum fuerit appellatione proposita statuatis, facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel amore subtraxerint per distinctionem, tandem cessante appellatione, cogatis veritati testimonium perhibere. Quod si non eos hiis exsequendis interesse potueritis, duo vestrum ea nichilominus exequantur. Datum Anagnie V. Idus Marcii. Pontificatus nostri anno sexto.

Harum igitur auctoritate qua fungimur vobis percipiendo mandamus quatenus apud Belliforamen in festo Nativitatis Beate Marie Virginis coram nobis compareatis recepturi et exhibituri quod ordo postulat rationis. Alioquin quantum de iure potuerimus dante Domino, mediante iustitia procedemus. Nobis autem S. priore, et Magistro P. archidiacono, advenientibus ad terminum et locum S. (?) ad villam Belliforaminis, litteras patris et college nostri S. abbatis perceperimus in hunc modum:

Dominicus Dei gratia abbas Sancti Dominici de Sylos, iudex a domino Papa delegatus reverendis coniudicibus suis Magistro P. Versecensis archidiaconus et S. priori nostri cenobii ab eodem delegatis, salutem in eo qui est vera salus. Noveritis quod cause abbatis et conventus cluniacensis in qua de mandato apostolico citavimus J. electum et Decanum et Capitulum calagurritanum ut in festum Nativitatis Beate Marie Virginis proximo futuro apud villam que dicitur Belforado receturi et exhibituri iustitiam, se nostro conspectui presentarent ob multa et ineuctabilia impedimenta non possum ad presens personaliter interesse. Quapropter vices meas vobis committo in ea quo ad sessionem istam. Datum apud Sanctum Dominicum de Sylos. Era M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> LX.<sup>a</sup> in vigilia Nativitatis Sancte Marie.

Quibus litteris lectis J. Camerarius Carrionensis obtulit nobis libellum querimonie huius tenoris:

Vobis domni V. priori Sancti Dominici de Sylos et Magistro P. Versecensis archidiaconi, tertio collega vestro excussato, conqueror ego J. frater Camerarius Carronis, nomine abbatis et conventus clu-

niacensis de domino J. Electo et capitulo calagurritano qui abbe ac conventu cluniacensi absentibus non contumaciter contra iustitiam occuparent et occupatas tenerent: Villoram de Rio de Leza cum pertinentiis suis; ecclesiam et villam Sancte Columbe que est in termino Naiare inter Maiares et Castrum Vetus cum pertinentiis suis; ecclesiam Sancte Marie de Valcuerua que est in Lugronio cum pertinentiis suis; domum elemosine de Sante Marie de Naiera que est in Naiara iuxta ipsam ecclesiam Sancte Marie cum pertinentiis suis, excepta Vervenzana; ecclesiam Sancte Marie de Varazo; Torreciellass de los Camberos cum pertinentiis suis quas predicti abbas et conventus cluniacensis possidebant. Unum peto complementum iustitie mihi fieri hoc est, restituji mihi supramemorata omnia cum suis pertinentiis et fructibus inde perceptis et percipiendis et omni causa utilitatis et dampni. Peto insuper ab iisdem expensas ocassione huius negotii factas et facendas salvo in omnibus iure omnibus iure addendi et diminuendi.

Quo viso et publice lecto inquisivimus diligenter si Electus vel Capitulum calagurritani vel procuratores eorum venissent ad citam. Quibus non receptis instat Camerarius Carrionis ut ei iustitiam faceremus. Nobis autem ab eo procuratorum mandatum exigentibus litteras exhibuit in hunc modum:

Venerabilibus viris et dominis et amicis in Christo karissimis abbati, Priori Santi Dominici de Sylos et archidiacono Vercenensi burgensis diocesis. Frater R. humilis cluniacensis abbas et eiusdem loci conuentus salutem in Domino. Significamus vobis quod in causa que videtur inter nos ex una parte et Electum calagurritanum ex altera super domo nostra Sancte Marie de Nazara coram vobis apostolica auctoritate, procuratorem nostrum constituimus venerabilem et carissimum fratrem nostrum Iohannem, priorem de Nazara, Camerarium nostrum in Hispania; quidque per ipsum factum fuerit in dicta causa ratum et firmum habituri. Hoc autem parti adverse significamus. Actum anno Domini M.<sup>o</sup> CC.<sup>o</sup> XX.<sup>o</sup> secundo, mese maio.

Instante autem dicto camerario ob contumaciam partis adverse ipsum mitteremus in possessionem rerum petitarum causa custodie vel excommunicaremus partem alteram contumacem et condempnaremus eam insuper in expensis factis in causa. Nos mitius procedentes moderantes expensas factas legatione, condempnavimus dictum Electum in L. aureos et Capitulum Calagurritanum in alios L. prefato camerario persolvendos citantes Electum et Capitulum ad festum Sancti Michaelis proximo venturum locum Burgis per scribentes eisdem in hunc modum:

Reverendis fratribus et dilectis in Christo I. Dei gratia Electo et

Capitulo Calagurritanis, V. prior Sancti Dominici de Sylos et magister P. Verveccensis archidiachonus debitam reverentiam cum salute. Si bene recolimus, vobis precipiendo dedimus in mandatis ut in festo Nativitatis beate Virginis proximo presentare coram nobis venissetis apud Belliforamen, responsuri abbatii cluniacensi et Conventui, recepturi quod ordo postulat rationis, alioquin procederemus in causa quantum de iure possemus; verum que in prefixo termino nec venis- tis nec procuratorem misistis; vobis multipliciter deferentes ob con- tumaciam condemnavimus vos ad solutionem centum aureorum Camerario Carrionis procuratori abbatis et conventui Cluniacensi faciendam pro expensis factis in causa. Quapropter mandamus vobis quatinus in proximo festo Sancti Michaelis apud Burgis [...] solutione predictas expensas, ita quod vos Electe solvatis aureos L. et vos Capitulum alias L. insuper responsuri predicto Camerario su- per petitione sua in rescripto apostolici comprehensa. Quod si non feceritis in causa quantum quantum de iure potuerimus procedemus. Ideo autem nos duo tantum scribimus quia abbas Sancti Dominici collega noster se prefate sessionis interesse non posse legitime excu- savit. Datum apud Belliforamen, altera die post festum Nativitatis beate Virginis. Pontificatus domini Honorii anno [...].

*(Continuará)*

